

ne Patris & Filii, ab æterno procedens
seu producta:

16. per quam & Pater in Filio, & Filius in Patre, *perfectissimâ latitiâ acquiescit;*

17. & *efficaciam* tamen etiam ad alia foris *liberrimè & ordinatissimè exserit.*

18. Ut sit *unus* intus & indivisus in Patre & Filio,

19. *scrutans* omnia, etiam profunda Dei:

20. *multiplex* tamen & varius foris in operatione;

21. *opera creata* immediatè fovens movensque.

22. In *hominibus* præcipuè, à Patre Filioque inspiratus ac missus;

23. & in *substantia*, puta columbæ aut ignis specie subinde visus:

24. *audita* & accepta à Patre ac Filio loquitur & annunciat;

25. & *consensum* sanctum, motusque omnes, ad *vitam* creaturæ novæ perti-
ne-